

Dr. HENRICI AUGUSTI GEORGII DE POTT

N. d. P. et H. AA. M.

COMMENTATIO
PHILOSOPHICO-HISTORICA

DE

GLADIFERIS

SEU DE

FRA' TRIBUS MILITIAE
CHRISTI

IN

LIVONIA.

Acc. 44,597

5A
~~18174~~



RIGAE

TYPIS HAECKERIANIS
MDCCCVIII.

SAPIENTI
AC MAGNO NEPOTI

SAPIENTUM

AC

MAGNORUM PROAVORUM

ALEXANDRO I.

IMPERATORI ET AUTOCRATORI

TOTIUS RUSSIAE

&c. &c. &c.

SUBJECTISSIME DEVOTISSIMEQUE

D. D. D.

AUTOR.

NEC NON

AUGUSTISSIMO ET POTENTISSIMO

REGI ET DOMINO

FRIDERICO WILHELMO III.

REGI BORUSSIAE

&c. &c. &c.

SUBJECTISSIME DEVOTISSIMEQUE

D. D. D.

MUSAE CIVITATIS RIGAE

MDCCCVIII ET MDCCCIX.



*Insignia Ordinis Gladiiferorum in Livonia,
Equitum palliis suffixa.*



Temporibus Friderici Aenobarbi Imperatoris, annum circiter millesimum centesimum quinquagesimum octavum, opulenti quidam mercatores Bremenses, cum ad exercendam mercaturam patrio littore relicto, aperto mari se credidissent, et vela sua versus celeberrimum tum maris Baltici emporium Wysbium in Gotlandia insula dirigere animum induxissent suum, adverso ipsis ad implendum propositum vento ad ostia fluvii Rubonis, quem Dunam hodie vocant, appulsi sunt a).

- a) Inferioris Saxoniae mercatores veluti Labecenses, Bremenses atque Hamburgenses tempore Meinardi Livoniam navibus frequentasse, haud dubium. Vide *Chronicon Ordinis Teutonici* vulgo *Homeister Chronike* apud *Anton Matthaei Annal. Vet. aev.* Tom. V. p. 699. sqq. §. CXXVI. Nue sal men van Pruysssen wat swigen ende scriven van Lieflant ende Coerlant. In den Jaere ons Heren duysent hondert ende LVIII waren coopluden, die rye waren, ende grote comanscap deden. Dese coopluden quam in den sinne dat se noch verder vr emde Lande besoecken wolden in heydencap, om

§. 2.

Regionem ad littus Libicum illo incoluerunt tempore populi, qui Libos seu Livos se voca-

copmanscap te doen. Ende sy kregen enen man, die verre lantscappen doir varen konde, ende dese man brochtse op ene tyt op die Oisterzee, op der Duna gheten ende quam van Ruyslant, ende daer woerden quade heidensvolk die men keenen heit, ende lagen by. Ruyslant, ende aen dit lant quamen dese copluden tegens horeu danck ouer mits grote storm van wynt.“ Cfr. por. Henrici Letti Chronicon Livonicum vetus, sive Origines Livoniae sacrae et civilis, edit. Gruberi (1740) ad Annum 1224. p. 177. „Multa quidem et gloriosa contigerunt in Livonia tempore conversionis gentium ad fidem Jesu Cbristi per annos LXVII praeteritos, ex quibus primo inventus est a mercatoribus Bremensibus portus Livonicus, quae cuncta conscribi, vel ad memoriam reduci non possunt, ne legentibus existeret etiam taediosum.“

Sic Henricus Lettus ad A. 1224 revincit Hel-
moldum et Arnold. in Chron. Slavor. omnes-
que eos sequentes scriptores et veteres et re-
centiores, disertis verbis asserens „Livon. portum a mercatoribus Bremensibus primo esse inventum.“

Tempus autem quo Bremenses primum in Livoniam venerunt ex eo certum fit, quod Henricus Lettus ad A. 1224 §. 9. asserit „ tunc an-

runt a), ac mercatores nostri, multis diebus secundum exspectantes ventum, ut temporis

nos LXVII praeteriisse, ex quo primo inventus sit a mercatoribus portus Livonicus. „Nam si hos LXVII. annos ab anno 1224 deduxeris, primus mercatorum ingressus in Livon. incidit in annum Christi 1157 vel 1158. Liccat quare Henrici Letti nostri chronologiam semper in hac sequi commentatione. Aperte enim et ingenue fatetur: „Nihil autem hic superadditum est, nisi ea omnia quae vidimus oculis nostris fere cuncta, et, quae ipsi non vidimus propriis oculis, ab illis intelleximus, qui viderunt ac interfuerunt.“ L. c. p. 177 §. 9. *Vid. Helmolde et Arnoldi Chron. Slavorum edit. Banger. Cap. VII. p. 513 §. 1.* — „Mercatores Lubecenses, seu tempestate maris ut quidam narrant, seu studio mercaturae faciendae ad Littus Livonicum anno 1158 imperante Friderico I. acti, a Livonicis primum licentiam merces suas inibi exponendi obtinuerunt.“ — *Dionysius Fabricius p. 16. edit. Bergmann.* „Annum circiter 1158 Frider. Barbar. tempore Livonia a nantis civitatis Westphaliae dictae Bremen primo inventa est, qui inviti adverso vento et tempestatibus in ostia Dunae ad Littus libicum hanc provinciam incolabant, appulerunt.“ — *Cfr. Balthasar Bussowen Chr. v. Liesl. edit. secunda. fol. III.* „In dem Jahr unses Heeren 1158 by Keyser Frederick Barbarossan tyden, hebben de Bremer Koeplüde Lyffland erstlich uzgesegelt, ende in de gegen dar de Lyuen wanen. wedder ehren willen

taedium sublevarent, in ripam descenderunt. Barbari autem dictos mercatores avide primo

dorch Storm ende Vnwedder gekamen.“ etc. Casparis de Ceumem theatridium livonic. p. 1. „Lief-land ist Anno 1148, andere meinen 1158 von Bremischen Kaufleuten, welche nach der damahl gewesenen Kauff und Handel - Stadt Wisby auf Gothland Schiffen wollen, und von grossem Sturm und Ungewitter, aufgeseegelt worden.“ — Gustav. Bergmann Geschichte von Livland p. 1. „Einige Bremische Kaufleute, die nach Wysby in Gothland seegeln wollten, wurden nach Livland verschlagen.“ — Deneken Bruchstücke a. d. Gesch. d. Kuiserl. Reichstadt Bremen p. 42. Matthiae Strubyczii Livon. ducatus descriptio p. 7. §. 12. — Olavi Hermelini disquisitio de Orig. Livonor. p. 11. §. III. Henrici de Jannau Geschichte v. Lief- und Ehistland. P. I. p. 28. et appendicem p. 439 A. — M. Christophor. Hartknoch Alles und neues Preussen p. II. Cap. 2. §. 3. p. 2786. — G. Merkelius, die Letten, vorzüglich in Lief-land edit. 2da p. 22. Ejusdem — Vorzeit Lief-lands T. I. p. 15. — Kelchen Lief-ländische Historia pars II. p. 43. — Gadebusch Livländische Jahrbücher P. 1. §. 7. p. 13 ad A. 1157 et 58. Spittler Entwurf d. Gesch. der Europaeisch. Staat. P. II. p. 405. Friebe Handbuch der Geschichte Lief- Ehist- und Kurlands P. I. 31.

a) Henrici Letti Chron. s. Orig. Liv. ed. Grub-
p. 3. not. e. V. quoque Ortelii Nomenclator*

invaserunt praedam ab ipsis facturi. Quum vero advenae insano Livorum furori se fortes opposuissent, tandem utraque pars hostiles remissit animos, et civibus Bremensibus non libera tantum mercatura concessa, sed et omnibus simul adventantibus amicitiae foedus et jus hospitii a barbaris promissum est b). Redeunte hyeme, nactoque vento secundo in patriam per mare fesinarunt, non sine emolumento, suisque lacta retulerunt nuntia. Reliquerunt tamen incolis munuscula quaedam, ut secures, vomeres, cultros, annulos et id generis alia.

Ptolémaic. p. 15. *Chronic. Helmold. et Arnoldi.* p. 513 Cap. 8. §. 1. *Dionys. Fabr. hist. Livon.* part. 1. p. 3. — „Livonia nomen initio sortita est suum a *Libis* vetustissimis hujus regionis incolis qui cis Dunam et ad littus maris Baltici usq. ad fluvium Salis hanc habitabant provinciam.“ *Gadebusch Liefl. Jahrb* P. I. p. 2. *Olav. Hermel. de Orig. Liv.* disq. § 8.

b) *Cfr. Balthas. Bussowen* ed. 2^{da} Pars II. fol. 3. „Do mateden se vörder enen fasten Frede mit den heydenschen Lyfflendern also dat se (der Christen Koeplüde) oft vnde vaten wedder tamen mögten.“ — *Dionys. Fabr. ed. Bergm.* I. c. p. 17. *Homeister Chron. ap. Math. Annal.* I. c. §. CXXVII. „Sy maecten doe voirt ene vasten vrede mitten heydensche Lillanders, als datse dahr wedder comen souden.“

§. 3.

Atque istud per aliquot continuarunt annos, usquedum ipsis fixum firmare locum contigit. Diu Christiani mercatores meditati fuerant, ut Livones paganos ab idololatria abducerent; quare circa annum 1170 cum pluribus collectis navibus nec parvo cum comitatu Dunam intrare petierunt a).

Secum illo perduxerunt virum pietate insignem nomine Meinardum b) Sigebergensem, Canonicum ad Regulam St. Augustini, quem eloquium Domini inflamavit, ut eidem populo infideli pacem Domini, et cum illa libertatem — qua quidem nullo tempore gavisi — nunciaret c).

a) *Balth. Bussow. II. edit. p. 3. — Vnde de Bremen Koepfude fören wedder na ehrem Lande, ende quamen vaten wedderümme mit ehreer Kopenschop ende vele andere Koplude mer by groten Hupen* —

b) *V. Origines Livoniae sacr. et civil, ed. Grub. p. I. §. 2. n. a. Quid cognominis habuerit; cuius et cujus familiae fuerit; militaris an plebejæ? incognitum. Silent enim veteres. Cfr. qq. Chron. Helmold et Arnoldi. p. 513. §. 1. C. 8. Cq. 1 sqq. Strubycius. p. 7. §. 12.*

c) *V. Merkelii - Vorzeiten Lieflands Tom. I. et II. et Ejusdem librum — die Letten, vorzüglich*

§. 4.

Postquam Meinardus felices progressus aliquot annis in animis gentilium vera religione imbuendis fecisset, ab Archiepiscopo Bremensi Hartvico II, consensu Alexandri III. Pontif. Max., Episcopi dignitate auctus est a). Ubi novae ecclesiae per viginti quatuor annos praefuisset, Bertoldam Cisterciensis ordinis Abbatem, ab Hartvico Archiepiscopo 1196 habuit successorem. Meinardus, Livoniae Episcopus in Ykeskoliensi, hodie Uexküliensi templo ab

in Liefland. p. 24. edit. secund. Balth. Bussow. P. I. p. 3. b. „Up eine Tyult was ein gelerdt Prester, gheten Meynert ein Mönnick van Segeberge mit disen Koplüden int Lant gekamen. Cfr. Homeister Chron. l. c. §. CXXIX.

a) *V. Orig. Livon. ed. Grub. p. 5. §. 8. „Inter duorum (praedictorum) castrorum scilicet Yxkul et Holm constructionem, a Bremensi Metropolitano Hartvico Meinardus in Episcopum ordinatur.“ Porro: Chronic. Helmold. et Arnold. p. 514. C. 9. §. 1. Strabyezius in Livon. ducatus descriptione p. 7. §. 12. Bussow II. p. 5. b. Dionys. Fabr. p. 21. Homeister Chron. ap Math. Annal. l. c. §. CXXXII. — die heylige Vader, die Vans maecten desen goeden Priester Meynaert Bisscop, ende beval hem voirt te predicken ende dat beste te doen“ Gadebusch Liesl. Jahrbücher T. I. §. 11.*

illo aedificato, terrae mandatus est b). Cum autem sequenti tempore Riga, quae hodie floret, exstructa fuisset, posteri ossa ipsius eo in templum cathedrale ibi fundatum detulerunt atque condiderunt cum perenni hoc tumbae suae inscripto epitaphio:

Hac sunt in fossa Meinardi Praesulis ossa.
 Nobis primo fidem dedit annis quattuor idem.
 Actis millenis centenis nonaque genis
 Annis cum senis, hic ab his it ad aethera
 poenis.

— — — — *) mensis octobris c).

b) *V. Orig. Liv. p. 10. ad A. 1196. §. 14. et not. y. „Iuterea post paululum Episcopus diem clausit extremum“ Strubiczium l. c. Gadebusch Liefl. Jahrbücher Tom. I. §. 13. Balth. Busowius Liefl. Chr. fol. 3. Nyenstedt. Cap. VIII. Augustinum Eucaedum in Aulaci Duneido p. 5. Kelch. Liefl. Gesch. p. 48. Chytraei Saxon p. 244. Kranz Saxon. l. 7. c. 13. Ejusd. Metropol. l. 7. c. 14.*

*) quae literae oculos fallunt.

c) *Chytraei Saxon. l. 31. f. 390. Porro Orig. Liv. p. 5. §. 8. not. k. — Fast. Sacr. Colon. ap Gelen. de magnitud. Colon. p. 713. Dionys Fabr. p. 22. Gustavi Bergmann Geschichte von Livland. p. 3.*

§. 5.

Hannoveranus quidam, vir pietate ac doctrina conspicuus, Bartoldus a) Abbas Lucensis b) (vulgo *Loccum*) ordinis Cisterciensis, in defuncti locum secundus Episcopalis Cathedralis praesul 1196 in Livoniam evocatus ac electus est. Qui cum civitatem Rigam exstruere meditaretur, pagani arma adversus eum parare atque movere nihil intermiserunt, usquedum in alteram aciem cum ipsis conscendit, et cum magno Germano-

a) *Cfr. Orig. Liv.* p. 10. §. 1. ad A. 1197. *Albertus Stadensis* ad A. 1195. *Albericus* ad A. 1194. p. 494. *Chron. Helm. et Arnold.* p. 514, c. 9. §. 1. *Bussow.* p. 36. sqq. *Dionys Fabr.* l. c. p. 22. *Homeister Chron.* ap. *Math.* l. c. „Doe wert van Bremen gesent enen Bisscop, die Bartald hiet.“ §. 131.

b) Lucensis monasterii situm Crantzius ignoravit. *V. Vandal* l. 6. c. 10. *P. Metrop.* l. 7. c. 14. *Denique Saxon.* l. 7. c. 13. Est autem Lucense Ordinis Cistert. monasterium hodiernum superstes in provincia Hannoverae circumjecta inter Lainam et Visurgim fluvios. *Cfr. Scriptor Brunsvic.* T. 3. p. 690. *Fabri Geograph.* T. I. p. 170, edit. 8. Post Gerhardum W. Molanum et Christ. Boehmerum, et Georgium e clara Ebeliorum familia nunc Abbatiam regit Dn. Christophorus e Saalfeldiorum inclyta familia. *V. qq. Menii* prodrum. *Jur. et Regim. Livon.* p. 4. et *Gadebusch Liest.* J. I. §. 26.

rum numero interfectus est c). In hoc proelio occubuit Nonis Kalend. Augusti A. Christi Millesimo centesimo nonagesimo octavo; et sepulturae traditus est in Ykeskolensi ecclesia, quum praefuisset Episcopatus II. annis d). De illo sequentes in arce Bonneburgensi conscriptos lapidique insculptos versus legimus:

Bertholdus Rigam eingeat moenibus urbem
 Dum molitur opus Livo glomerante caterva.
 Arma parat, bellumque facit, concisus ab
 hoste
 Exanimis Praesul fulva prostratus arena e).

c) „Quem (Episcopum scl.) duobus complectentibus, tertius Ymant nomine a tergo lancea perfodit: quem et alii membranatum dilacerant, Nono Kalendas Augusti c1098 versus: Hasta necans anno Bertoldum Livo secundo.“

Tide Orig. Liv. vet. sc. et civ. ad A. 1198. p. 13. §. 6. Albert Stadens. ad A. 1198. Chron. Helm. et Arnold p. 515. Cp. 9 §. 6. Strubycium p. 7. §. 12. Balth. Bussow. II. p. 4.

d) *Orig. Liv. p. 13. §. 6. not. g; et p. 37. ad A. 1205. §. 6. Dionys. Fabr. p. 25.*

e) *Mauritius Brandisius 12.*

§. 6.

Extincto Bartoldo, Albertus de Apeldern a) Canonicus Bremensis Anno 1198 a laudato Archiepiscopo Hartwics hujus nominis secundo successor designatus et tertius Livoniae Episcopus electus inque Livoniam missus est b).

a) Scriptores Livonici fere omnes Albertum - de Buxhöwden - vocant, et sic in errorem incidunt. Henricus L. tanquam testis *αυτίπτης*, ubique veriora et puriora tradens, nec in exprimendis militum cognominibus parcus est. Interea ipse quoque quatuor fratres Episcopi, contentus sola appellatione „fratris Episcopi“ in hoc chronico sine nomine gentilitio dimittit, ut Engelbertum, Meodoricum, Botmarum et Hermannum, usque ad A. 1223 n. 6. quo quintus occurrit - *Iohannes de Apeldern, praeter Episcopi, miles praeclarus.*“ Vide *Ej. Chron. Liv.* ad A. 1198, et Gruberi not. a. p. 15 et 16. *Gadelusch Liefl. Jahrb.* II. 30. §. 16. *de Iannau Gesch. v. Liefl.* I. p. 36. *I. G. Arndt Liefländische Chronick* P. I. p. 23. ad A. 1198. *Kelchen:* p. 50.

b) *Cfr. Homeister - Chronicke* ap. *Math. Annal.* V. p. 699. sqq. „Als die goede Bisscop Bartald doot was, soe waren die Kersten seer rouwich — ende die Paeus mackten een eersaem man Aelbrecht bisscop van Riege. *Orig. Liv.* p: 15. ad A. 1198.“ Anno domini MCXCVIII

Qui cum adhuc juvenili floruerit aetate, magna morum polluit maturitate. Et quia Vir parentatus fuit c), ornatus fratribus et amicis, in vinea Domini plurimos habuit cooperatores. Post consecrationem aetate proxima in Gothlandia insula circa quingentos viros ad militiam Livonicam adscivit quos secum in Livoniam duxit. Mox deinde in patriam reversus, Magdeburgi plures collegit milites et cum navibus XXIII 1199 Dunam intravit d).

venerabilis Albertus, Bremenssi Canonicus in Episcopum consecratur.“ *Cranzius ap. Vandal.* I. VII. c. 22. *Helm. et Arn. Chron. Slav.* VII. c. 9. *Gadebusch Liest. Jahrb.* I. §. 15 *de Janneau Gesch. v. Liest.* I. p. 36. *Deneken Bruchstücke der Ksrl. f. R. Stadt Bremen.* p. 46. *Bergmann Gesch. v. Liest.* p. 4. *Kelchen* p. 51.

c) Virum parentatum *Suetonius in Othon. Cpt.* I. dicit multarum et magnarum propinquitatum. Parentum vocabulo pro consanguineis primus usus est *Curtius* VI. 10 30. et post eum historiae augustae scriptores passim.

Virum parentatum vocat *Arnold Lubec.* VII. c. 9. §. 7, id quod commentator *Bangertion* ad C. 3. n. 4. interpretatur de viro multis majoribus claro. Gallice diceres: Un homme dont le parenté est tres - nombreux.

d) *Orig. Livon. ad A. 1199.* — „habens secum in comitatu XXIII naves“. *Arndt Liest. Chron.* I. p. 26.

§. 7.

Crescente autem in dies Christianorum et sacro fonte ablutorum paganorum numero, Albertus I. ut jam quodammodo, si quid adversi eis adveniret, resistere barbaris posset, partem terrae ubi nunc Riga est muro cinxit, et urbis fundamenta jecit, eamque condidit et extruxit Anno Christi Millesimo ducentesimo a).

§. 8.

Cathedram Episcopalem, quam Uexkulium sive Uxkelium hactenus habuerat, in hanc a se conditam urbem transtulit a), ipsum castellum

a) „Anno tertio consecrationis Episcopus in Livoniam revertitur, (h. e. A. 1200) et eadem aestate in campo spatioso, juxta quem portus navium esse poterat Riga civitas edificatur“
V. Orig. Liv. ad A. 1200 ed. Grub. p. 20. Arndt Liefst. Chron. I. p. 29. de Iannau Liefst. Gesch. I. p. 37. Gadebusch Liefst. Jahrbücher T. I. §. 17. Dionys. Fabr. ed. Bergm. p. 23. Bergmann Gesch. v. Liefst. p. 3. M. Ioh. Christ. Brotze Rückblick in die Vergangenheit. Riga 1806. Nr. 2. p. 3.

a) „Quem tamen conventum Regularium et Episcopalem sedem postea Albertus hic Episcopus de Ykeskola in Rigam transtulit tertio suae consecrat. anno.“
Vide Orig. Liv. ad A. 1201. Arndt Liefst. Chr. I. p. 31. Gadeb. Liefst. Jahrb. I. p. 36. et de Iannau Gesch. v. Liefst. I. p. 39.

Uexkul autem Conrado a Meiendorff Equiti, nec non castrum Lenewarden Danieli de Bannerowen Eq. ab eo tempore in feudum concessit b). „Cum enim peregrini omnes, in Livoniam militatum abeuntes unius anni spatio voto satisfacerent, redirentque in patriam hoc exacto; viros quosdam fortes datis certis praediis in Livonia retinendos censuit Episcopus, ut quosdam veluti milites perpetuos in obsequio haberet, semel parta tuituros et contra barbaros non pro aris solum sed et pro focis dimicaturos c).“

§. 9.

Obtinuerat etiam Episcopus Albertus I a sede apostolica, ut si quos invenisset in Germania aut ullibi viros pios, sive de ordine monachorum sive regularium Canonice vel

b) „Eo tempore Episcopus Daniclem Bannerow, virum nobilem et Conradum a Meyndorp, ad se colligens, duobus castris Lenewarden et Ykeskola inbeneficiavit.“ *V. Orig. Liv.* ad A. 1200. *Arndt List. Chron.* I. p. 29. de familiis Banner. et Meynd. vid. *Henningesium in Nobilib. Saxon. famil. et de Ceumern theatrum Livonicum.* p. I. *Cfr. Marcus Wagner von des Adels Ankunft oder Spiegel* p. 8.

c) Verba Gruberi in adnotationibus ad Henricum Lettum. *Chr. Arndt Cfr.* I. c.

aliorum religiosorum, ipsos suo labori cooperatores efficeret a). Quam ob causam Episcopus noster armatus, saepissime ad suos profectus est, ipsum etiam secuta est multitudo et militum manus copiosa b).

§. 10.

Anno 1202 Engelbertus de Appeldern (sive de Apeldern) fratrem suum Episcopum in Livoniam sequutus est a). Qui etiam monasticam vitam in Germania professus, multos cives et clericos inde secum Rigam perduxit atque Praepositus fundatae ibidem ecclesiae cathedralis designatus est. Pagani autem, nec non caeteri barbari odio habentes Germanos et fidei propagationem Christianis invidentes, illos infestare non cessarunt b)

a) *Chron. Slavor Helm. ed. Arnold. lib. VII. cap. 9.*

b) *Orig. Liv. et Grub. ad A. 1201 et. p. 21. 23. 27 et s. p. Arndt Liefl. Chron. I. p. 30 spp. de Iannau Gesch. I. p. 37. sqq. Dionys. Fabr. p. 23. sqq. Gadebusch Liefl. Jahrb. I. §. 17. Ketchen p. 38.*

a) *Orig. Liv. ad A. 1201. et 1202. Arndt Liefl. Chr. I. p. 30. Vid. huj. Commentationis §. 6. not. a. Gadebusch Liefl. Jahrb. T. I. §. 18.*

b) *Dionys. Fabr. ed. Bergm p. 22 et 23. Gadebusch l. c. §. 17 et 18 sqq.*

§. 11.

Albertus I inde Innocentium III. Pont. Max. viros quosdam fortes ac strenuos rogavit, qui sibi forent auxilio adversus Livones paganos a). Et quia peregrinationi Hierosolymitanae tunc vacare visus est, ad supplementum hujus laboris Pont. Maximus indulserat, ut quicumque profectio*n*i memoratae se vovissent, huic itineri, si tamen ipsis complacuisset, se sociarent, nec minorem a Deo peccatorum remissionem perciperent. Quare factus est de tota Saxonia, Westphalia et s. p. Clericorum ac militum conventus plurimus, qui Livoniam usque pervenit.

Quos inter quoque Alberti Episcopi frater secundus Theodoricus de Apeldern, qui autor fuit et hortator novi Ordinis sacrorum militum in Germania et in Livonia b).

§. 12.

De nomine et tempore ordinis instituti, et imprimis de signo in veste deferendo tot fere

a) *Dionys. Fabr. ed. Bergm. p. 23. de Iannas Gesch. v. Liefl. I. p. 40.*

b) *Orig. Liv. ad A. 1201. §. 6. Arndt Liefl. Chron. P. I. p. 31. Dionys. Fabr. l. c. p. 24.*

sententiae sint quot scriptores a), quae omnia Henricus Lettus, qui omnibus quas narrat rebus interfuit, paucis verbis aperit b). Appellatur enim apud Veteres dictus sacrorum militum ordo:

Fratres militiae Christi, Fratres milites Christi, Gladiferi, Ensiferi, Equites Ensiferi, Equites militiae sacrae, Ordo sacrorum militum, Ordo militiae sacrae, Milites Dei, Crucigeri, Templarii, Porteglaives, Chevaliers de Christ, *Schwertbrüder*, *Schwerttritter*, *Schwertträger*, *Brüder des Krieges Christi*, *Christritter*, *Gottesritter*, *Orden der Ritterschaft Christi*, *Kreuzbrüder*, etiam *Kreuzherren* c).

a) In quibus componendis mire torserunt se Schurzleischii fratres, cuius ntriusque libelli prosiant „de Ordine Ensiferorum“ novo hoc lumine indigentes. *Orig. Liv. ed. Gr. p. 23.* *Franciscus Modius* de hoc ordine *nihil plane constare* profitetur.

b) *Orig. Liv. ad A. 1201. §. 6. Arndt Lieft. Chr. I. p. 31.*

c) „Fratres militiae Christi“ semper, uno tamen loco „Cladiferos“ appellat Henricus L. eos qui auctore Episcopo e promiscua multitudine coierunt in hanc bellicam societatem. *Cfr. Or. Liv. ed. Gr. p. 22. porro l. c. ad A. 1218. §. 9. Homeister - Chron. l. c. §. CXXXVI. — “ ende dese hieten swertbroeders.“ Or. Liv. ad A. 1201,*

Ut autem de ordinis institutione memoremus, res hoc ordine gesta est: Anno millesimo ducesimo secundo Innocentius III Papa Romanus rogatu Episcopi Livoniensis Alberti I. per fratrem jam memoratum Theodoricum de Apeldern novum hunc Equitum ordinem fundavit a); qui Episcopo in Livoniam sup-

§ 6. *Petrus Duisburg. Chron. Pruss. Pruss. P. II. c. 4. Duglossus hist. Polon. l. VI. p. 536. edit. Dubromil. Naucerus Vol. 3. generat. 42. „Erant in Livonia Fratres religiosi, vulgo dicti de Gladio“ Arndt Liefst. Chr. I. p. 31. Albericus ad A. 1232 p. 544 et 542. Duisburg. part. 3. c. 28. Helmoldi et Arnold. Chr. Slav. l. 7. c. 8 et 9 Dionys. Fabr. p. 23. Bergmann Gesch. v. Liefst. p. 4. Liefst. Bibliothek P. I. p. 235 - 238. Vide qq. Kelchen, Busso-wen, Hartknoch, de Ceumern, Spittler, et Merkel. l. c. De Schurzfleischii libello, quem inscripsit *Historiam Ensiferorum* dicit Du. Gruber apud Henrici Letti Chron. Livon. p. 136. Caput ei amputandum est ut plerisque libris historicis, si corpore uti velis.“ „Origines enim ubique fere lutulentae sunt et coeno infectae.“ —*

a) „Eodem tempore providens Dominus Episcopus Albertus cum Abbate fratre Theodorico perfidiam Livonum et multitudinem paganorum non posse resistere metuens; et ideo ad mul-

petias contra paganos irent, victosque ad fidem Christianam invitare aut si mavis pertrahere cum illo laborarent. Crescente multorum pietate, plurimi sacrao militiae adversus infideles se devoverunt et societate instituta Gladiferi seu Fratres militiae Christi appellati sunt b).

§. 14.

Unde etiam Pont. M. Innocentius III crucem predicare illis mandavit, additis ingentibus indulgentiis quicumque adversus hanc gentem pro fide Christi et — Ecclesia propaganda certaturi essent. Commisit proinde Gladiferis regulam Templariorum a) et quicumque regulam

tiplicandum numerum fidelium et ad conservandam in Gentibus ecclesiam Fratres quosdam Militiae Xsti instituit.“ *Orig. Liv. ad A. 1201 — 1202. §. 6. Arndt Liefl. Chron. I, p. 31. Caspari Schütz rerum Prussicar. histor. p. 40. Bussow, fol. 4. de Ceumern theatr. p. 2. Conradus Sam. Schurzfleisch de ordine qui dicitur Ensiferorum. §. 5. Widow Sammlung Russischer Geschichte. T. I. p. 268. Kelchen p. 52.*

b) *Duglossus* l. c. et sec. edit. Lips. p. 600. ad A. 1205. *Nauchrus* l. c. *Orig. Liv. l. c. ed. Grub.*

a) *Orig Liv. ad A. 1201. §. 6. — „quibus Dominus Papa Innocentius III. Regulam Templariorum commisit. — “ Arndt Liefl. Chr. I,*

hanc fideliter essent observaturi nec non sanguinem pro Crucifixi gloria imperterrito fortisque animo fusuri essent, strenuos illos Cathedrae Romanae defensores vocandos, et a P. Maximo ejusque successoribus Sanctorum Petri et Pauli tutelae commendandos fore b). Quas autem terras auxiliatrice Omnipotentis Dei fortisque sua manu a gentilibus essent occupaturi, nullo contradicente in perpetuum hereditario jure perfrui atque possidere religioso promisso ipsis concedebantur.

§. 15.

Ne quoque Gladiferis distinctus ab aliis fratribus habitus deesset, Innocentius III ipsis mandavit: vestibus suis album superducere pallium cum rubro gladio et cruce pallio suffixo a). Et hoc habitu et caractere ornati, dicti fratres

p. 31. *Gadebusch Liefl. Jahrb. I. §. 19. de Iannau Geschichte von Liefl. I. p. 40. Bergmann Gesch. v. Liefl. p. 4.*

b) *Cfr. Homeister-Chron §. CXXXVI. ap. Math. Annal. — „Ende die Paecus stichten een Ridder Oirden by den Bisscop in manier als die Oirde van den Temel was, ende die soude in Lieflant wonen.“*

a) *Maximus in signo vestibus assuto dissensus est apud Ilhistoricos, quibus autem litem eam*

militiae Christi et Albertus I. Episcopus Anno quinto Pontificatus sui (h. e. A. 1202.) una cum fratre Theodorico de Apeldern, Arnoldo de Meiendorp, Bernardo de Sehusen et aliis quam plurimis viris et militibus in Livoniam migrarunt b). Ibidem cum Episcopo Alberto I ex fratribus hujus sui virum prudentia et fortitudine clarum Vinnonem caput et ducem belli constituerunt, qui etiam ab ipso Episcopo in Magistrum ordinis initiatus atque investitus est.

ob causam movere operae pretium vix duco, cum autor antiquissimus Henricus Lettus ita scribit: — „et illis (Gladiferis) signum in veste ferendum dedit, scilicet Gladium et crucem, et sub obedientia sui Episcopi esse mandavit“. Vid. *Orig. Liv.* ad A. 1201. §. 6. *Por. Nauclexum Vol. 3. generat. 42.* — „Ili (Gladiferi) praeter Crucem habebant in vestibus gladios affixos“ *Homeister-Chronike* §. CXXXVI in fine. De Iannau, Merkel, et alii quamplurimi historici in errorem incidunt; *Cfr. Merkel, in libro — Die Vorzeiten Lieflands P. II. p. 50. Gadebusch Liefst. Jahrb. I. p. 39. §. 19. Dionys Fabr. ed. Bergm. p. 23. et de Iannau in libro Geschichte v. Lief und Ehistland T. I. p. 40. ita disserens: „und sie trugen — einen weisen Mantel, darauf ein rothes Schwerdt mit einem Stern.“ Gladiferorum signum vid. s. p. hujus Commentationis.*

b) *Orig. Liv.* ad A. 1202. §. 1. *Arndt Liefst. Chron. P. I. p. 52.*

§. 16.

Ritus autem eos qui in equestrem ordinem hunc Gladiferorum recipiebantur initiandi talis erat:

Magister ipse gladium vagina vacuum manibus tenens prolixaque oratione habita et admonitione de Ordinis regulis ad eum, qui initiandus erat, facta, dextrum ejus humerum leviuscule tandem eo ipso gladio percutiebat, totique initiationis actui finem sequentibus Germanicis rythmis faciebat.

Dies Schwerdt empfangen von meiner Hand.

Zu schützen Gottes und Marien Land a).

§. 17.

*Vinno primus Magister ordinis Gladiferorum sive
Pratr. Militiae Christi in Livonia*

Postquam Vinno a) vir fortis atque bellicosus ab Episcopo caeterisque fratribus Anno

a) *V. Dionys. Fabr. historia Livonica* curante Gustavo Bergmann p. 26. *Kelchen Liefl. Geschichte.* p. 54.

a) *Homeister - Chronike* ap. *Math. Annal.* v. act. l. c. §. CXXXVII. „In deser Oirden wert doe vlusch gecoren een alten vromen stouten

Dim. 1204 ordinis Superior fuit constitutus uterque omni studio laborare coepit, ut quamplurimos vel nobiles vel cives virosque fortes et honestos Germanos in ordinem suum recipere posset, quo facilius genti feroci et barbarae resisteret. Quare fratrum numero in dies crescente ordo saepius cum paganis Livonibus Aestonibus Cusonibus et Lothavis satis feliciter confligit, unde Albertus Episcopus variis in locis Ecclesias et Coenobia exstruxit nec non variorum Ordinum Religiosos in Livoniam accivit b). Anno nono Pontificatus sui, i. e. A. 1206, universa fore Livonia in fidem ac clientelam Christianae religionis sese contulerat.

§. 18.

Quo tempore petierunt et obtinuerunt Gladiiferi ab Episcopo Alberto tertiam Livoniae atque Lettiae partem, agros nempe ultra et ad fluvium Cla, in quibus etiam sequentibus annis

man tot enen Meister van der Oirden ende hiet Heer Vinne.“ — *Vid. Menii Prodrum.* p. 5. „Vinno de Rohrbach.“ Sic quoque *Kelchium* p. 54. et *Gauhe Adels Lexicon.* P. I. p. 1419 et P. II. p. 968 — 970. Sed ejus familiae Vinno Magister fuit plane hucusque incertum

a) *Homeister - Chroniecke* l. c. §. CXXXVII.

plurimas eduxerunt arces a). Eodem anno Episcopus fratrem suum tertium Bothmarum sive Othmarum de Apeldern Segebergensis coenobii monachum comitem sibi in Livoniam habuit b).

§. 19.

Missus deinde a P. Maximo Innocentio III legatus Guilielmus de Sabaudia Episcopus Mutinensis, post Sabinensis et S. H. C. Cardinalis Episcopalem sedem Rigae atque Gladiferorum ordinem visitavit et confirmavit, et occupatas ab illis terras inter Episcopum et militiae Christi fratres distribuit. Illi exstruxerant paulo post arcem Treidensem, et sequens annus felici oppugnatione Vinnoni et fratribus subjecit Ugganiense, et in Dorpatensi districtu situm castellum Odenpah. Sic quoque paganorum Castellum Kokenhusen ab Ordine expugnatum est, postquam eius gubernator Vesica seu Vescica Rus-

a) *Orig. Liv. ed Grub.* ad A. 1206. §. 3. — „factum est autem eodem tempore, ut augetur dominus de die in diem numerum et familiam fratrum militiae, — Episcopus autem tales viros et eorum numerum multiplicare desiderans, laboribus et expensis eorum respondere volens - tertiam partem Livoniae salvam eis concessit “ — *Arndt Liefl. Chron.* I. p. 59.

b) *Orig. Livon. edit Gruber.* p. 31. 16. 99.

siae princeps omnes intra muros secum viventes interfecerat, castellum exusserat et fuga in Russiam sibi salutem quaesiverat a). Quod Castellum posthac ab Ordine restauratum sufficientique milite firmatum est, dimidium autem agrorum eo pertinentium Episcopus Equiti benemerito Rudolpho a Iericho in feudum, et trientem Gladiferis in perpetuum concessis b). Segewoldensis atque Ascheradensis arcis fundamenta a Vinnone Magistro hisce posita sunt temporibus c).

a) *Homeister - Chronike* l. c. §. CXXXVII in fine. *Cfr. Orig. Liv. Sacr. et Civil.* ad A. 1206. §. 5. usque ad §. 9. *Arndt Liefl. Chr.* P. I. p. 60. sqq.

b) „Rudolpho etiam supradicto de Iericho duas partes suo nomine castri reliquit, et fratribus militiae eorum tertiam partem adscripsit.“ *Orig. Liv.* ad A. 1208. §. 1. *Arndt Liefl. Chr.* P. I p. 22. Porro *Chytraei Saxon.* lib. I. p. 18. „Anno MCCVIII Albertus arci munitae, eo in loco (Kokenhusam intellige) a se excitatae, Rudolphum a Iericho ducem praefecit.“

c) De arcibus Segewold seu Sigwald, Sigwolde *Vid. Orig. Liv. ed. Grub.* pag. 76, 85, 87, p. 158.

§. 20.

Aedificavit quoque ille vir prudens atque bellicosus Dunamundam arcem et inclytum castrum Wenden a). Hic quidam fuit Wigbertus, frater quidem militiae Christi et oeconomus Wendensis, sed Magistri hostis adjuratus; et iste promptus ultione Anno 1208 Magistrum Vinnonem simul cum Sacellano Iohanne nefarie trucidavit b).

a) De castris Wenden et Dunamunda vid. *Origines Livoniae* sacrae et civilis edit. Gruber. p. 44. 56. 60. 173 et 174 et l. c. p. 13. 20, 22, 53.

b) *Cfr. Orig. Liv. ad A. 1208. §. 2. et Arndt Liesl. Chron.. P. I. p. 73. Ursperg. ad A. MCCXXI. Kelchen histor. p. 66.*

Plurimi autores manibus Volquini iniqui sunt, pleraque ejus gesta decessori Vinnoni adscribentes, Vinnonisque Magisterium producentes usque ad Annum MCCXXIII. Quod ipsi contigit *Schurzfleischio in histor. Ensiferorum p. 4.* mustaceis narrationibus fidem habenti, adversus quas illi aes triplex circa praecordia sit oportet, qui rerum origines et gesta superiorum temporum enarraturus est cum cura. *V. Or. Liv. ed Gr. l. c. in annot. Porro Dionys Fabr. ed. Bergm. p. 28. Gadebusch Liesl. Jahrb. P. I. §. 25. p. 60.. de Iannau Gesch. v. Liesl und Ehstl. P. I. p. 48. Bergm. Gesch. v. Liesl. p. 8.*

Homicida fugiens in Capellam a fratribus persecutus et poena qua dignus erat mulctatus est.

§. 21.

Volquinus, secundus Livoniae Magister,
a fratribus militiae Christi huic defuncto Vin-
noni Anno 1208 successor electus atque consti-
tutus est a). Ille vir justus et ordini suo fidus
praefectus praesertim virtute ac prudentia sua
Episcopi Alberti magnam benevolentiam conse-

a) *Homeist. Chron.* ap. *Math. Annal.* §. CXXXVIII.
„Doc wert gecoren tot enen Meister een broc-
der, ende hiet Heer Volquyn.“ *Orig. Liv.*
ad A. 1208. §. 2. „Et sepulto cum magno
planctu fideli ac pio Magistro suo Winnone
cum sacerdote; non minus piam ac benignum
quam in omnibus virtutibus institutum Vol-
quinum in locum suum restituunt.“ *Arndt*
Liefl. Chr. I, 73. *Dionys Fabr.* p. 29. *Gade-
busch Liefl. Jahrb.* I. §. 25. p. 60. *de Iannau*
Gesch. v. Liefl- und Ehstl. p. 48. T. I. *Berg-
mann Gesch. v. Liefl.* p. 9. *Denecken Bruch-
stücke etc.* p. 46. *Apud Gauhe* in libro quem
inscripsit „*Adels Lexikon* T. I. p. 1518 —
Volquinus Schenk de Winterstaedten dicitur.
Cfr. Orig. Liv. ed. Grub. p. 61. not. c. *Scharz-
fleischii histor. Ensiferor.* p. 186. *Kelchen.* p. 66.
Arndt Liefl. Chr. P. II. p. 8.

cutus est. Castellum Velinium ab Aestiis in Saccalensi districtu munitum accito Germanorum auxilio et cum fratribus Ordinis expugnavit et occupavit b). Quo facto Anno 1210 Episcopus Rigensis Albertus et Magister ordinis Gladiferorum ob divisionem terrarum iter fecerunt Romam, et a Pontifice Maximo benigne recepti multis indulgentiis ac privilegiis ditati Rigam redierunt c), multosque nobiles et ignobiles tum temporis in Livoniam adventantes exceperunt d). Quos inter nobilium ex numero Helmoldus a Plesse, Bernhardus de Lippia et alii quamplures ab Historicis memorantur.

§. 22.

Cum Christianorum numerus in regionibus mirum in modum auctus esset, Abbas Dunemundensis Theodoricus primus Aestoniae Episcopus

b) *Orig. Livon.* ad A. 1210. §. 1. *Arndt. Liefl. Chr.* p. I. p. 84.

c) „Episcopus autem hoc tempore cum Volquino Magistro Fratr. Militiae in Livonia Romam veniens, a Summo Pont. benignissime receptus est, et super divisionem Livoniae et Lethiae privilegia recipiens —“ *Orig. Livon.* ad A. 1210. §. 2. *Arndt Liefl. Chro.* p. I. p. 86. *Gadebusch Liefl. Jahrb.* I. p. 73.

d) *Or. Liv. et Arndt.* l. c.

ab Alberto electus atque initiatus est a). Equites proinde et milites saepius coacti sunt adversus paganos in campum prodire et plurima committere proelia, in quibus semper fere ex Gentilibus magnus numerus, Christiani vero pauciores occubuerunt. Wykiensem districtum Gladiferi anno 1213 petierunt Aestiosque invaserunt, et castellum Lealense fundare coeperunt. Paulo post ab Episcopo olim Raceburgensi fundamenta cujusdam arcis Fredeland dictae in Treidensi districtu posita dicuntur b). Quoque in Rotaliam Christiani et milites Christi exercitum duxerunt c).

§. 25.

Magnum vero damnum hisce temporibus datum est fratribus, cum incendio Rigensi Ecclesia Cathedralis, palatium Episcopale et fratrum militiae Christi Ecclesia conflagraret a).

a) *Or. Livon.* ad A. 1210. §. 4. *Arndt Liefst. Chron.* P. I. p. 90.

b) *Orig. Liv.* ad A. 1215. §. 3. *Arndt Liefst. Chron.* P. I. p. 107.

c) *Orig. Livon.* ad A. 1213. §. 5. *Arndt Liefst. Chron.* P. I. p. 108.

a) *Orig. Livon.* ad A. 1213. §. 6. *Arndt Liefst. Chron.* P. I. p. 109. *Gadebusch Liefst. Jahrb.* P. I. p. 116. §. 35.

Anno insequenti Germani expugnarunt Castrum quoddam Wykiensis districtus Sontagana dictum ^{b)}, quod a rusticis ethnicismo praefracte adhuc inhaerentibus hactenus defensum fuerat; Estonia deinde inter Episcopum Rigensem et Estiensem et Volquinum Ordinis Gladiferorum Magistrum aequis divisa est partibus.

Cum proinde, vertentibus se ita et gloriam divini Numinis respicientibus rebus, Germani nullam praetermitterent occasionem, qua Christianam ecclesiam apud Aestios plantarent, et praeter sacrum hunc ad quem eos adducebant cultum civilem aequae jurisdictionem in occupatis terris et provinciis conservarent, Aestii contra, Christiani hujus jugi impatientes per Harriam Wironiam, Alentachium Ierviam, Wykium, Ugganium et Saccalium cum Russis foedus pacti sunt conjunctis armis omnes Germanos invadere, et ex cunctis Aestiorum provinciis eos fugare ^{c)}. Verum ipse Livoniae Magister Volquinus eos in aperto proelio vicit.

^{b)} *Orig. Livon.* ad A. 1214. §. 8. *Arndt Liesl. Chr. P. I. p. 126.*

^{c)} *Homeister - Chron.* ap. Math. l. c. §. CXLI. *sqq. Orig. Liv.* ad A. 1214. §. 1. *sqq. Arndt*

§. 24.

A. 1217 pagani et Rutheni caeterique foederati Gladiferorum castrum Wenden frustra obsederunt a), fratres militiae Christi contra sequiori anno in gentilium castellum Meistense in Sengallia impetum fecerunt, quod Volquinus Magister et Episcopus Albertus pariter sibi subjecerunt. Castellum ipsum incendiis absumentum est b).

Revalenses autem Dani cum animadvertent, Volquinum cum ordine suo Dominium amplificare in Livonia, quod molestum videbatur Danis, dolum excogitare coeperunt ac miserunt ad Episcopum Rigensem Albertum et ad fratres militiae Christi fictam quendam legatum Pontificis M. nomine, qui ipsis autoritate Romana prohiberet, ne barbaros ulterius debellarent nec tanta sanguinis profusione se cruentarent nisi ab iisdem injurias et invasiones passi

Liefl. Chr. P. I. p. 112. Gadebusch. Liefl. Jahrb. P. I. p. 102. sqq.

a) *Orig. Livon. ad A. 1217. § 5. Arndt Liefl. Chr. P. I. p. 140.*

b) *Orig. Livon. ad A. 1218. §. 8. Arndt Liefl. Chron. P. I. p. 150.*

eorum impetus propulsare et se defensare co-gerentur. Verum cognita fraude satis causa fuit Gladiferis A. 1222 Revaliam a Danis conditam atque Wesenbergium, urbes Daniae regitum parentes, occupare et insanum hunc dolum aperto Marte vindicare c). Ab Anno 1225 usque ad annum 1225 plurima oppugnarunt atque expugnarunt castra et urbes, ita ut in fine anni 1225 possederint et Velinium integrum et Odenpäh, nec non Dorpatum, cuius vallum Episcopi Alberti frater, Iohannes de Apeldern primus inscendit d). Rege Veseka a Gladiferis ibidem

c) *Homeister - Chronike* l. c. §. CXLIX et CL. — De castello Reval vide *Chron. Livon. ed. Grub*, p. 129, 156, 160 et 172. Porro *Raynaldi annales eccles.* T. 13. p. 445. nr 65. ad A. 1236. *Arndt Lief. Chron.* P. II. p. 36. *Dionys Fabr. ed. Bergm.* p. 51.

d) *Cfr. Orig. Livon.* ad A. 1223 §. 1. sqq. — „et collaudabant Deum eo quod post mala plurima et bella tristia iterum expugnata est et requisita fere tota Estonia praeter unum castrum Tarbatense (hodie Dorpatum, vulgo *Dorpat* seu *Dörpt*) de quo manebat ultio divina.“ Et porro legimus: §. 6. — Iohannes vero de Apeldern (Vide hujus *Comment.* §. 6. not. a) frater Episcopi, miles preaeclarus, ignem tollens in manum suam, vallum primus

occiso Ordo quoque et Rigensis Episcopus tertias suas receperunt e).

§. 25.

Quibus peractis Anno 1225 dicti milites Christi e Livonia per glaciem iter fecerunt in Osiliam. Non sine magno labore et molestia Osilienses perdomiti sunt atque devicti. Quoque castrum Waldia in Osilia insula Christianis datum est a).

Quum autem laudatus atquo in propagandis ecclesiae finibus industrius Livoniensis Episcopus Albertus I cathedram illam fundasset, perque triginta duos annos non sine insigni nominis fama ordinem gubernasset, tandem Anno

scandere coepit. — Quod videntes alii milites, currunt omnes audacter insequentcs eos. Quid plura? Festinat unusquisque ut primus ascendat —“ et s. p. V. qq. *Arndt Liefl. Chr.* P. I. p. 191. sqq. *de Iannau Gesch. v. Liefl.*

e) *Orig. Liv.* ad A. 1223. §. 9.

a) *Orig. Liv. sacr. et civil.* ed. Gruber ad A. 1225. §. 3. *Arndt Liefl. Chron.* P. I. 211.

1229 Rigae natales exuvias deposuit b) et in Cathedrali, quod ipsum ibi pari modo fundatorem agnovit, templo terrae mandatus est. Quandoquidem de eo in Ronneburgensi arce antiqua sequens encomium lapidi inscriptum legi potest:

Vindicat Albertus cladem felicibus armis;
 Arcem Dan - Mundam disponit ad ostia
 Dunae
 Ensiferos vocat ad communia proelia fratres,

b) *Orig. Liv. ed. Gruber ad A. 1225 in fin. et not. g.*

„Paulo post haec tempora Episcopus Albertus diem obiit supremum, anno scilicet MCCXXIX. *Arndt Liesl. Chr. P. I. p. 215. sqq.* — Audiamus *Albertum Stadensem ad A. 1229, ita discretentem.* „Albertus Livoniensis Episcopus, obiit.“ *Gadebusch Liesl. Jahrb. I. §. 49. 212. ad A. 1229.* „In diesem Jahre starb Bischoff Albrecht, der unter allen Liefländischen Bischöfen der merkwürdigste ist. Sein Todestag ist unbekannt.“ *de Iannau Geschichte von Lief- und Ehstland. p. 75. T. I.* „Albert starb im J. 1229, und mit ihm starb Lieflands klügster Rathgeber, ein weiser Mann, ein unermüdeter Regent. c. s. p. Chr. qq. Kelchen, Bussowius et de Ceumern l. c.

Heinricus Caesar titulis et sede locavit
Imperii proceres inter sacrosque dynastas c).

§. 26.

Quoniam Magister Livoniae Volquinus armis regis Daniae Waldemari, quae ob occupatas terras et ipsius provincias non immerito metuebat, tandem si ad earum restitutionem illis postularetur atque adigeretur, sustinendis vel Aestoniae Livoniaeque suis viribus defendendae se imparem facile prospexerat, jam Anno 1229 simul cum Episcopo Alberto I et cum fratribus ordinis apud Prussiae Magistrum Hermannum a Salza Ordinis Teutonici Superiorem elaboraverat, ut militiae Christi fratres reciperentur in ordinem Fratrum Teutonicorum, qui jam tum armis, divitiis terrisque multis potens ac celebris fuit a). Cum autem Magistri Volquini

c) *Mauritius Brandisius. l. c.*

a) *Testes dictorum habeo Duisburgensem part 3. c. 18, ita disserentem: Hoc tempore Frater Volquinus Magister secundus de Ordine Militum Christi in Livonia jam VI. annis per solempnes nuncios laboravit circa fratrem Hermannum de Salza Magistrum gener. domus*

dissidia cum Waldemaro nondum essent composita, negotium in deliberationem venit, et adhuc per aliquot annos a jam laudato Generali Teutonici Ordinis Magistro tractum est.

§. 27.

Et quamvis intra isthoc temporis spatium interventu atque autoritate Pontificis Maximi nec non Imperatoris Friederici II Anno 1256 ab utrisque dissidentium partibus pax fuerit inita omnisque lis his conditionibus componi placuerit, ut regi Daniae tota Aestonia denuo atque Curlandia tum jam ad Christianam religionem perducta traderetur, Episcopus autem et Gladiferorum ordo cum Livonia et Lettia contenti viverent, res tamen in effectum plane et firmiter perducere non potuit, usquedum Gladiferi de novo dictum Generalem Magistrum adierunt atque rogarunt, ut in consortium Teutonici Ordinis admitterentur. At res ante exitum non

Teutonicae, ut Ordo suus Ordini ipsius incorporaretur. — Medio tempore supervenit frater Gerlacus (Roth sive) Rufus de Livonia nunciatus quod Magister Volquinus cum fratribus peregrinis et populo Dei plures cecidissent proelio interfecti. Quo audito Dominus Papa dictum negotium determinavit. —

habuit quam post funestam cladem, qua ipse Magister Volquinus cecidit b).

§. 28.

Venerat enim Anno 1257 comes quidam a Dannenberg, cui amplius Comitatus Dannenberg ad Ictzae flumen debebat, cum magno inclytorum Germanorum Equitum numero in Livoniam, et Magister Volquinus adjungendo se iis exercitum quantum poterat maximum colligens, pergit debellare Lithuanos gentilismo adhuc infectos a). Verum Germani profligati, pauci

Constitutio P. Max. Gregorii IX. est MCCXXXVII. Vide *Raynaldi annal. eccles.* §. 64 sqq. libr. II. est. 64. *Nauclerum* l. c. Vol. III. gener. 42. *Chronik. Helm. et Arnold.* l. VII. c. 8. *de Iannau Gesch. v. Lief- und Ehstl.* I. p. 78. *Gadebusch Liefl. Jahrb.* I. p. 224 sqq. §. 56. *Dionys Fabr. cd. Bergm.* p. 38.

b) *Arndt Lief. Chr.* P. II. p. 37. *de Iannau Gesch. v. Lief.* I. p. 77. *Gadebusch Jahrb.* I. §. 56. ad A. 1237.

a) *Homeister - Chron.* ap. *Math. Annal.* T. V. p. 699. §. CLI. „Daer na quam int Lant den Grave van Dannenberch, ende Heer Iohan Haseldorpe mit veel pilgrins“ — etc. *Dionys Fabr.* p. 37. „Venit Baro quidam von Dau-

effugerunt, et Magister Ordinis Gladiferorum in Livonia eo ipso Anno 1237 et brevi quidem ante inaugurationis actum contra paganos fortiter pugnans, cum per viginti octo annos immortalis cum laude Magisterio praefuisset, suam pro Christi gloria tam strenue belligerantem animam cum aliquot millibus secum contra Lithuanos militantibus prope Schaulum (vulgo *Schaulen*) exspiravit. Siquidem cum eo dictus comes a Dannenberg quadraginta octo fratres multique alii nobili stirpe orti aperto in proelio tum ceciderunt b), ut ita celebratissimo huic

nenberg in Livoniam cum celebri quodam Nobili Germaniae Iohanne Hasseldorff.“ *Balthas. Bussow. Chron. fol. 7.*“ Na der tydt quam ein Grave van Dannenberg“ — et sp.

b) *Cfr. Homeister - Chron. ap. Ant. Math. Annal. T. V. p. 699. §. 151.* — „ende Meyster Volquyn bleeff mit XLVIII broeders van der Oirden doot, ende die Grave (scl. de Dannenberg) mit vel goeder mannen mit hem.“ *Arndt Liefst. Chr. P. II. p. 37.*“ — *Doch die unglückliche Niederlage, in welcher Volquin mit manchem braven Streiter ins Gras beissen musste, machte den Liefländern die Tractaten leichter.*“ *Gadebusch Liefst. Jahrb. P. I. p. 222.* — „dass er selbst (Volquinus) der Graf von Dannenberg, und Hasseldorp nebst 48 Rittern und

Christi militi atque Magistro Livoniae suum de sociando Gladiferorum cum Teutonicis fratribus ordine ineptum opus ad exoptatum finem perducere non contigit c).

§. 29,

Quoniam proinde Volquinus in acie occisione occubuerat et Livonia inter tot gentilium armorum strepitus provinciali capite atque Magistro carere non poterat, sequente Anno 1258 laudatus ante et in hac utriusque ordinis conjunctione ad tot ipsorum Gladiferorum preces non parum occupatus Hermannus a Salza misit Hermannum dictum Balke sive Falko Provinciale Prussiae Magistrum, qui primus ipsius ut Generalis Teutonici ordinis tum Magistri to-

ellichen tausend Mann auf der Stelle blieben.
Keleken Chr. p. 76.

c) *Homeister - Chron. l. c. §. CLII.* — “ Ende dese Meyster Volquyn is di geen, di met geduerich anhanden, arbeyt, vlyt, en moegte, verkregen heft van den Pacus, en met tusschen spreken van vete Heeren en Princeen, dat die Oirden van Lyfflant, hawel niet eer als syn doot, is ingelyllt ende verenicht mitten Ridderlycken Duytschen Oirden onser Liever Vrouwen van Ierusalem.”

tusque capituli nomine provinciali Magisterio in Livonia fungeretur a).

a) *Arndt Liefl. Chron. P. II. p. 38.* „Nachdem der Hochmeister in Marburg angekommen, brachte er ein Kapitel zusammen und machte Anstalt, die erwählten 60 Ritter mit einer (leg. quaes. „mit einer andern Anzahl.“) Anzahl Reuterey nach Liefland abzufertigen, ernannte auch Dietrich v. Gröningen zum Meister von Liefland. Als aber das Kapitel vorstellte, dass es nicht rathsam sey, solchen tapfern und versuchten Männern in Liefland einen so jungen Ritter zum Haupte zu geben: so bedachte er sich anders, und ernannte an dessen Statt Hermann Balken, ein altes redliches berühmtes Mitglied des deutschen Ordens, der schon vorher in Preussen Landmeister oder Provisor des Ordens gewesen, und welcher also der dritte unter den Ordensmeistern in Liefland, vom deutschen Orden (in Livonia intellige) aber der erste ist.“ — *Annales Albiani apud Langebeck T. I. p. 208. ad. A. 1226. Alberti Kranz Wandal I. VII. c. 13. Historiae Lituan. P. pr. p. 89. Blomberg description de la Livonie p. m. 44. Bussowen Chron fol. 8. Kelchen Chron. p. 78. Spittler Entwurf der Geschichte der Europ. Staaten II. p. 406. G. Merkel in libro „Die Vorzeit Lieflands P. II. p. 52.*

§. 30.

Siquidem etiam tandem a Magistro Hermanno a Salza primum et post, eodem intercessore, ipso Pontifice Maximo Gregorio IX impetratum est, ut totum isthoc negotium ad petitum legatorum in urbe Salernitana, ubi Pontifex tum degebat, expediretur; dum inter alia Livonici ordinis Gladiferorum Legati Iohannes de Magdeburg et Gerlacus Roth Equites, facta Papali benedictione, alba pallia rubro gladio atque cruce ut insignibus sui hactenus interstincta, praesente Pontifice exuerunt, et ab eodem aliis palliis albis nigra cruce distinctis, ut qui erant fratrum ordinis Teutonici habitus, investiti sunt a).

a) *V. Arndt Lief. Cron. P. II. p. 38. „Sie (Gladiferi scl.) legten ihre vorigen Mäntel mit dem Schwerdte ab, und liessen sich die neuen weissen mit dem schwarzen Kreuz umhängen.“*

Cfr. Gadebusch Lief. Jahrbücher. P. I. §. 56. p. 223 sq. Dionys Fabr. ed. Bergman: p. 38. de Iannau Geschichte von Lief- und Ehtland T. I. p. 80. Histoire de l'ordre Teutonique par un chevalier de l'ordre. T. I. p. 295. Friebe Handb. d. Gesch. I. p. 147. Raym. Duellii Histor. Ord. Teut. Viennae 1727. p. 8. sqq.

Et hic finis Ordinis Gladiferorum fuit Anno
1258 seu ut alii legant Anno 1257 Pridie Idus
Maji, postquam per triginta sex annos ab Anno
1202 duraverat in Livonia.